



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Conversione Conjugatorum ad Religionem. Tit. 7

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

vel mina praecesserint. *fac. c. cum virum. 12. ff. de regular. Corvar. de sp. sal. part. 2. cap. 3. §. 6. num. 7. Sperell. d. tract. decis. 79. num. 18. cum seqq. Ricc. in decis. Cur. Archiepisc. Neapol. part. 4. decis. 248.*

37 Qui etiam *aliens intentione, vel dolo inductus* religionem intra manet religiosus, siquidem consenserit, nec aliud habent impedimen- tum. *can. quod interrogasti. dist. 27. c. ut Clericus. junct. Gloss. de regul. c. ex parte. c. veniens. c. dudum. de convers. conjug. c. cum dilectus. de li qua vi. Palat. in repet. rubr. de donat. int. vir. & uxor. §. 57. num. 4. Co varr. in c. 2. num. 1. de testam.*

## TITULUS VII.

## De Conversione Conjugatorum ad Religionem.

## SUMMARI A.

1. Vinculum matrimoni- ale impedit religionis in- gressum.
2. Ingressionem quando annullet.
3. Matrimonium consum- matum hic, quod.
4. Post illud ingressus non consentiente conjuge, an potest propria auctorita- te egredi.
5. Professio non consenti- ente conjuge facta an ra- tificari potest.
6. Novam professionem emisisse quis censetur.
7. Quod si uterq. conjux sine mutua licentia in- grediatur religionem.
8. Si unus ingressus non consentiente altera: an hac ingredi potest, eo in- vito.
9. Inutilis professio quid operetur.



- 10. *Revocatus coniux post professionem an potest petere debitum.*
- 11. *An post revocantis mortem tenetur redire ad religionem.*
- 12. *An consummat matrimonium copula vi extorta.*
- 13. *An sponsa per sponsum vi cognita ingredi eo invito potest religionem.*
- 14. *An coniux in professionem alterius consentiens tenetur etiam ingredi religionem.*
- 15. *Si manens in saeculo se*
- 16. *Professio consentiente coniuge facta in quantum valida.*
- 17. *Consensus debet esse liber.*
- 18. *Quid in hac materia juris circa sponsalia.*
- 19. *Quod si quis iuraverit aliquam se ducturum.*
- 20. *Intra bimestre possunt sponsi de religionis ingressu deliberare.*
- 21. *Professione datus annus. An à iudice possit coarctari.*

**M**atrimonium inculum matrimoniale etiam impedit Religionis ingressum. **1**  
 Coniugati enim post consummatum matrimonium non mutant statum sine consensu mutuo. Nec enim jus alteri quasi tum, ei invito auferendum; Utpote cui, forte remanenti in saeculo, minus commodum vitam agere calibem, cum ei non liceat, vivo coniuge, & sic matrimonio non dissoluto, alterum inire matrimonium. *can. quod Deus. 33. qu. 2. can. sunt qui. can. Agarhosa. 27. qu. 2. &c. ex publico. 7. hoc tit. Discrepat. Jus Civile. in l. fin. C. de Episc. & Cleric. Novel. 123. §. si verò constante.*

Hinc, si alter Coniugum, post matrimonium consummatum, **2**  
 altero invito, vel ignorante, ingrediatur religionem, ingressus ad eum tanquam spoliati nutum exire, quamvis fecerit professionem, tenetur.

rvinus  
 personis  
 est, Ecclesiam

IV

32



*c. sunt qui dicunt. cum seqq. 27. qu. 2. c. 1. & per tot. eod. Reginald. de fin. penit. praxi. lib. 18. num. 377. & lib. 30. num. 86. Bartholom. à S. Fausto in thesauro Religios. lib. 5. qu. 74. Laur. de Peirinis de Prælato. quæst. cap. 1. §. 2. num. 49. Nisi sit causa, propter quam deneganda redemptio, veluti si petens; adulterio se maculaverit: d. can. Agatbosa. cum peritus crimine vacet. sac. cap. pen. de adult. c. innocens. h. tit. Bartol. de S. Fausto in thes. relig. lib. 5. qu. 89. Sanchez. de matrim. lib. 7. disp. 11. §. 36. num. 1.*

3 Per matrimonium consummatum intelligimus hic illud quod sequitur conjugalis copula.

Ergo copula præcedens, cum non sit conjugalis, sed fornicatio, non impedit, quominus postea alter Conjugum ingredi possit religionem. Nec facit aliquid quod matrimonium sequens ad præcedens retrahatur copulam; *c. tanta. qui filii sint legit.* Sic enim hoc est in favorem prolis. Qui in delinquentium favorem non extendendus. Covarr. de sponsal. part. 1. cap. 4. §. 1. num. 23. & 24. Zaf. ad h. tit. in comment. ad Decret. num. 4.

Matrimonio consummato facta professio, invito aut infcio altero, ipso jure est nulla. *c. quidam. 3. c. placet. 12. h. t.* Cum corpus uniter ditum, alteri, puta monasterio, tradi nequeat. Sanchez. d. lib. 7. disp. 34. num. 1. & 10.

4 Ex quo sequitur ingressum propria auctoritate egredi, & ad idem redire posse: *sac. & can. 6. una. 33. qu. 5.* Ne peccet amplius, in sui continuando spolio. Nec adversatur d. c. placet. Nanti quod ibi dicitur; *non esse in ejus potestate ad seculum redire;* secundum præcedentia est accipiendum; Scilicet non esse ejus arbitrii ad seculum deferre marito redire, aut non: sed mariti; utrum ingresso, non, an vero velit consentire & professionem permittere. Gloss. in d. can. una. s. Innoc. un. d. c. quidam. 3. num. 3. Abbas. in c. accedens. 17. eod. num. 3. Sanchez. d. loco num. 54.

5 Hinc patet professionem unius conjugis invito aut infcio altero factam, ex post facto, nec per consensum manentis in seculo, nec per ejus mortem, ratificari. Cum actus ab initio nullus solo casu ex post facto vires non sumat. *l. quod initio. 24. ff. de div. reg. jur. Gloss. in d. can.*



una sola. Azor. Inst. Moral. part. lib. 12. cap. 1. qu. 6. Sanch. d. disp. 34. num. 18. & seqq. Nova ergo professione opus.

Eam emississe censetur, non qui ignarus mortis alterius in monasterio mansit; Innoc. in d. c. consuevit. 10. in fine, sed qui gnarus: Quia cum obstaculo, irritante professionem, cessante, in monasterio scienter permanet, non potest non videri & approbare & ratificare professionem, si quidem, animo vero profitendi de novo, faciat professis propria, & ad professionem tacitam, post annum probationis, inducendam sufficientia. Innoc. ad d. c. quidam. 3. num. 2. & in c. 1. de eo qui duxit &c. Sanch. d. disp. 34. num. 19.

Si uterq; coniug sine licentia mutua ingrediatur religionem; professio utriusque, si alterius professionis conscius fuit alter, est valida, ad eum ut neutri alterius licita sit revocatio; rest. Innoc. in d. c. quidam. 3. in fine. & ibi Joan. Andr. num. 2. in fine. Anton. num. 3. Ancharan. ad fin. Henricus in c. uxoratus. num. 13. eod. Brunellus de sponsal. conclus. 30. num. 15. Cum neuter possit conqueri se spoliatum: Videtur enim dotalicentia mutua ipso facto, quod aequivalet rebus. Neutrius est valida; si alter alterius professionis fuit ignarus; & utervis exire potest; & alterum repetere. Cardin. in d. c. cum quidam. num. 2. quest. 4. Guilielm. vras. per Henric. in d. c. uxoratus. Quia neuter licentiam habuit alterius. Sanch. d. loco num. 24.

Quod si conjugum unus absq; consensu alterius ingressus fuerit, non potest eo invito coniug qui mansit in saeculo ingredi religionem; si fecerit, poterit revocari per priorem: nulla, ut volunt faciendum Doctores, Gloss. in d. c. quidam. verb. non exigere. & ibi Hostiens. num. 2. Joan. Andr. in fin. Hostiens. in sum. eod. tit. num. 8. vers. Quid si ipsum Goffred. in sum. eod. num. 6. Archidiacon. in can. mulier. el. 1. in fin. & ibi Bellamera in fin. caus. 33. qu. 5. Monald. in sum. ubi de voto. tit. de voto Coniugator. vers. Item Quid si uterq; utrum per prioris e monasterio educationem, facta fuerit reconciliatio, nec ne, facta distinctione. Quia invalida fuit professio, nec professi delictum, alteri jus divertendi praestat. Delictum enim non est ex iis, ob quae licitum est divortium. Innoc. in d. c. quidam. num. 2. & ibi Anton. in fin. Cardin. ibid. num. 2. qu. 2. in fin. Anchar. num. 5. qu. 2. Sanch. d. loco num. 23.

ryinus  
personis  
est Ecclesiam

IV

32



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



9 Quæ diximus de nullitate professionis alterius conjugis citra conscientiam relicti, vera sunt quoad *solemnne votum*, quod eatenus non habet effectum. *fac. d. c. quidam. & d. c. placet.* Nec enim, ut diximus, corporis sui habet dominium conjux, ut illud in religionis dominium transferre possit per professionem. Operabitur tamen ista professio obligationem quoad votum simplex castitatis: Quod licet non obliget regularis Monasticis, facit tamen voventem tenere continentiam; *Angel. in sum. verb. matrimonium. num. 4. §. 6. Henric. in sum. lib. 11. cap. 11. num. 8. in fin. Barthol. à S. Fausto. in thesauro relig. lib. 1. qu. 286. & ponitur impedimentum ineundi matrimonii post mortem alterius: d. c. quidam. d. c. placet. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 35. num. 26. non tamen tam dirimens, quam impediens. Zaf. in Comm. ad decret. h. tit. num. 5. Quod ita statuit Ecclesia, præsumendo ingressum se saltem obligare verole, ad id, quod potest, citra detrimentum alterius; scilicet ad castitatem independentem à professione: nisi alia fuerit profitentis mens; scilicet non continendi nisi in statu religioso; quæ faciet votum illud ad nihil esse utile. Zaf. d. loco num. 11. vid. Sanch. d. lib. 7. disp. 35. num. 2. & 3.*

10 *Revocatus conjux post professionem*, utrum debitum petere possit, non, quæstionis est: Illud volunt Doctores nonnulli, eò quod in *d. c. quidam. & placet.* dicatur *exigere non posse*; id est, ad debiti præstationem cogere jure suo, quo se exiit profitendo, modo jam dicto: ut sic videatur petere posse, cum petitio non tam tendat ad coactionem, quam voluntariam alterius præstationem. Hoc, & rectè, alii: cum castitatem voventis omnia à se averterit, per quæ voluntariè actui carnali peccatum præberi possit occasio. *Vid. Angel. in d. sum. verb. matrimonium. num. 4. §. 6. & Henric. in sum. d. lib. 11. cap. 15. num. 8. Barthol. à S. Fausto. in d. thesauro religionis. lib. 1. qu. 286. Reddere tamen alteri petenti tenetur; d. c. quidam. Quod suo voto non potuerit ei præjudicare. Covarr. de matrim. p. 2. cap. 6. §. 3. num. 2. Navarr. in sum. cap. 2. num. 52. Azor. Instit. Moral. part. 1. lib. 13. cap. 14. quæst. 1.*

11 *Revocatum conjugem post revocantis mortem teneri redire ad religionem & non redeundo peccare*, vult Glossa in *d. c. quidam. verb. non tenetur. Quam sequuntur & Hostiens. ibid. paulo post princ. super verbo, non tenetur.*



netur. Sylvest. in sum. verb. divortium. qu. 16. cas. 3. Alber. Assens. Palud. Monald. & alii citati per Sanch. d. cap. 34. num. 11. Immune esse, si non redeat, volunt alii; ut in d. c. quidam. Butrius num. 6. Zabarel. num. 2. oppos. 6. Abbas num. 4. & alii quos refert & sequitur Sanch. d. disp. 34. num. 12. Quib. addit Barbof. jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 42. num. 9. Barth. a S. Fausto. d. lib. 5. qu. 77. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 7. cap. 2. num. 12. Barthol. de Vecchis in praxi servand. in admittend. ad religion. statum not. disp. 14. dub. 1. ex num. 17. Quorum sententia verior: 1. Quia in d. c. quidam. expresse dicitur; quod non teneatur ad religionem regredi. Ergo non rediens, vacat culpa; cum non sit obligatio. 2. Quia in d. c. placuit. solum dicitur, consultius atque congruentius ad hujus salutem fore, ut ad monasterium redeat. At si id esset præceptum, id vocaretur necessarium. 3. Quia votum illud religionis profus fuit irritum. Anton. d. c. quidam. num. 6. & ibi Abb. num. 4. Cardin. num. 2. oppos. 6. Brunellius de sponsal. conclus. 30. num. 10.

Porro consummatum etiam censetur matrimonium per copulam vi  
 coriam. 1. Quia vir utitur jure suo, utendo corpore sibi debito.  
 2. Quia per istam copulam efficiuntur conjuges una caro: c. discretio-  
 nem. 6. de eo qui cogn. consang. 3. Quia constitutio dissolvens matri-  
 monium, est odiosa, quippe matrimonium est favorabile, c. fin. de sent.  
 & re judic. proinde non extendenda. Unde neutri licet invito altero  
 ad religionem transire. Joan. Andr. ad c. quæ contra jus. de reg. jur. in 6.  
 Preposit. in can. fin. dist. 55. Sylvest. verb. divortium. num. 8. Angel. verb.  
 matrimonium. 4. num. 17. Covarruv. 4. decret. 2. part. cap. 7. §. 4. num.  
 10. Barbosa ad tir. ff. soluto matrim. 2. part. rubric. num. 106.

Hinc sponsa de presenti vi per sponsum cognita citra ejus consen-  
 sum ingredi non potest religionem: propter incontinentiæ periculum  
 in altero, ut procedat de casu; Quos Deus conjunxit, homo non separet.  
 Barbof. d. loco. Covarruv. d. loco num. 15. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 22.  
 num. 2. Ut nec sponsum, sponsam vi cognitam invitam: Quia ex parte sua con-  
 stantiam vi matrimonium liberè. Sanchez. d. loco num. 8.

Non tamen improbabiler alii sustinent sponsam vi cognitam,  
 nihilominus religionem ingredi posse; Eò quod per violentiam alteri  
 non debeat quis privari jure suo, sac. d. c. discretionem. & delinquens  
 non

ryinus  
 personis  
 est, Ecclesiam

IV  
 32



non debeat esse melioris conditionis, quam innocens, ne ex malitia quis reportet lucrum: *c. ad nostram. de emt. & vendit. & c. tu. de Clero non resid. & c. sedes de rescript.* Facit quod non videatur corrupta, qui invita suum corpus communicavit. *can. 1. & 2. caus. 23. qu. 5. Abb. in c. 2. hoc tit. Gloss. in Can. si Evangelica. verb. invitis. dist. 55. & ibi Prof. Joan. Andr. c. que contra jus. de reg. jur. in 6. Card. c. 2. qu. 2. hie. P. lin. c. causam. num. 4. de probat. Turrecrem. can. mutationes. 7. qu. 1. n. 2.*

Præferenda tamen prior sententia, cum ex violenta licet copula possit nasci proles, cui per matris professionem, maxima irrogaretur injuria; nec enim poterit commodè educari. *Hanc tenent Archid. in fin. ad fin. dist. 55. Hostiens. in sum. h. t. num. 9. vers. Quid si virgo. Anan. in c. 2. num. eod. tit. Bald. d. c. causam. num. 8. de probat. Barbof. d. loc. num.*

14 *Consensu alterius conjugum quin professio teneat, est extra dubium cum cuilibet liceat juri suo renuntiare. Sed an eo casu & alter ingredi debeat religionem, est dubium; Hoc volunt communiter Doctores.*

15 *Nisi sit positus extra suspicionem incontinentiæ, veluti ex causa propter ætatis: Tunc enim sufficit relicta vivere continentiam & in loco manere: c. cum sis. 4. c. uxoratus. 8. c. ad Apostolicæ. hoc tit. Reginald. in praxi feri penitent. lib. 31. num. 40. Basil. Pont. de impedim. matrim. cap. 15. §. 1. Sanch. d. lib. 7. disp. 32. num. 2. Non posita extra suspicionem incontinentiæ, si ingredi recuset religionem, ingressus ad eam non dire cogitur, ad incontinentiæ periculum evitandum. c. 1. eod.*

Sed hoc accipiunt de uxore, quæ, nescia juris, ignoravit sibi futurum intrandum esse, nec fuit de præjudicio suo cerriorata, cum non videatur se simul voto castitatis obstringi velle. *Hostiens. in c. significavit. h. t. num. 2. in fine. & ibi Joan. Andr. num. ult. Si verò sciverit, volente ab introeundum cogi possit; cum jus sciens ei se conformare videatur & profitendi licentiam conjugii concedens tacite vivere, vel ad id obstringere, quod ad illius ingressus valorem norat desiderari. Cum autem quid volens videatur etiam velle, sine quo id ipsum obtineri nequit. c. prudentiam. 20. sup. de offic. Jud. deleg. Abb. in d. c. 1. num. 4. & Sanch. d. lib. 7. disp. 33. num. 14. Gloss. in c. qui uxorem. in fin. can. Agatheosa. verb. vel ipsa. in fin. 27. qu. 2. can. seriatim. verb. post mortem. 27.*



*dist. c. ex parte. 9. verb. consentiente. hoc tit. Abb. d. c. ex parte. num. 4. & c. comens. num. 3. eod. fac. can. qui uxorem. 33. qu. 5.*

Loquitur tamen *d. c. 1. hic.* indistinctè, si uxor, quæ consentit viro ingrediendi, ingredi nolit, non esse cogendam, sed virum ad eam reverti debere: Et facit *can. Agathosa. 27. qu. 2.* qui non aliàs vult cogit uxorem intrare, quam si promiserit vitam mutare. Et *d. c. ex parte.* in casu quo uxor consentit viro proficisci, non dicit cogendam illam ingredi, sed virum, eâ in sæculo manente, non posse proficisci ad religionem. Et obstat professionis conditio, quæ omnimodò debet esse libera. Superior tamen communiter est recepta. *Rebell. de obligat. 7. part. 2. de obl. g. lib. 3. qu. 2. sect. 2. num. 20. Zas. in com. ad h. tit. num. 14.*

*Professio ingressi, consensu alterius facta, est valida, licet hic nullum emiserit aut emittere velit votum per d. c. ex parte. 9. ubi consentiente uxore professus est, licet, ea in sæculo remanere, neque rit remanere in monasterio, tamen ea mortua cogitur redire ad illud, & matrimonium ab eo postea contractum declaratur nullum; non alia de causa, quam quia valida fuit professio; non ut simplex, sed ut solemnis; quæ tantum dirimit matrimonium subsequens. ut ostendit. us infra. vide Gloss. Alberic. Hostiens. aliosq. alleg. per Sanch. d. disput. num. 5. Nec facit, quod jure non potuerit proficisci ad religionem, illa in sæculo remanente; c. uxoratus hoc tit. Nam hoc non quia professio fuit nulla, ut voluit Innoc. in c. quidam. in princ. num. 3. & 4. Victoria in sum. de matrimon. num. 253. Eman. Sa in sum. verb. Religio. num. 38. sed ut consideretur ejus incontinentiæ; ut, eo per mortem alterius sublato, nihil sit, quod remoretur professum, quominus professioni satisfaciatur. d. c. ex parte. 9. Gloss. in d. can. Agathosa. verb. debeas. Hostiens. in sum. hoc tit. num. 8. Abb. inc. 1. num. 8. eod. Facit d. can. Agathosa. in quo professus, uxore consentiente, remanere cogitur in religione; nisi, in sæculo relicta, incontinentiæ sit periculum; d. can. uxoratus. 8. aut nisi ipsa vitam mutare promiserit; quo casu promissum implere tenetur.*

Unde patet non idè egredi ingressum, quia professio nulla, sed ad vitandum incontinentiæ periculum. *Abbas in d. c. ex parte. & ex eo aliosq. Sanch. d. loco num. 4. & Zas. d. loco num. 15.*

PPP

Cæ

vinus  
personis  
Ecclesiarum

IV

32



- 17 Ceterum consensus alterius debet esse liber, metu enim vel vitio  
 torrus non valet; *can. notificasti. & per tot. 33. qu. 5. c. accedens. h. de  
 Azor. instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 1. qu. 6. Sanch. d. lib. disp. 35. num.  
 1. Barthol. à S. Fausto. d. i. bes. lib. 5. qu. 88. & ingressus revocari potest  
 c. accedens. 17. hic. ubi Hostiens. Joan. Andr. Abb. Cardin. Calderin. in  
 eod. Henric. in d. c. uxoratus. num. 8. & c. placet. num. 2. eod. Bannell.  
 sponsal. conclus. 30. num. 9. aliq. alleg. per Sanch. d. disp. 35. num. 1. 2.  
 3. Nisi alterius incontinentia, postea admittit, salvet ingressum, cum  
 que ibi permanere faciat. *c. veniens. 16. hic. Barth. à S. Fausto. d. lib.  
 qu. 89. Sanch. d. lib. disp. 36. num. 1.**
- 18 Quæ omnia ita procedunt in matrimonio consummato. Nam  
 Sponsalia de presenti ante consummationem, etiam parte invita, per abrenun-  
 tationem in religionem, dissolvuntur. *c. verum. 2. c. ex publico. h. de  
 hic. ita ut manens in saculo à vinculo sit solutus, possitque liberè ad ali-  
 nuptias transire. *can. 27. de sponsatam. cum seq. 27. qu. 2. d. c. ex publico  
 d. c. ex parte. eod. Concil. Trident. sess. 24. de matrim. can. 6. ubi; si  
 dixerit matrimonium ratum non consummatum, per solemnem religionis  
 professionem alterius conjugis, non dirimi, anathema sit. Bursar. cons.  
 207. num. 16. vol. 2. Covarr. de sponsal. part. 1. cap. 5. num. 11. vers. 16.  
 part. 2. cap. 7. §. 4. num. 6. Barbosa. in d. rubr. tit. ff. soluta matrim. part.  
 num. 73. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 17. num. 2. & de matrim. cap. 54.  
 princ. Frat. Eman. qu. Regul. tom. 3. qu. 1. art. 4.**
- 19 Unde si quis juraverit cum aliqua contrahere matrimonio  
 postea verò proposuerit religionem intrare, contrahere & ante consumma-  
 tionem religionem intrare potest: *text. in c. commissum. 16. de spon-  
 salib. vide Suar. de relig. tom. 1. tract. de juram. lib. 2. cap. 13. num. 2. cap.  
 seqq. Sanch. lib. in disp. 43. num. 3. Basil. Ponte. de matrim. lib. 12. cap.  
 10. num. 12.*
- 20 Non tamen licet sponsis ante consummationem quando cunctis  
 ad religionem transire; debent hoc intra bimestre, *d. c. ex publico. h. de  
 de momento in momentum, à tempore à Judice præscripto, aut à ma-  
 trimonio contracto computandum facere; *fac. l. 3. §. minore. ff. de  
 minor. Lambertin. de jure patronat. lib. 2. part. 2. qu. 1. art. 14. Sanch.  
 lib. 1. disp. 24. num. 16. & 21. Et hoc arbitrio Judicis restringi aut pro-**



rogari potest. Nam licet terminus à Lege datus, nequeat mutari per  
iudicem; secus tamen est, quando datur à Lege ministerio Judicis. *ut*  
*ind. c. ex publico. ubi Gloss. verb. intra duorum. ubi Cardin. qu. 5. Abb. num.*  
*11. Tabiena, Matrimonium. 3. qu. 3. num. 4. Brunell. d. tract. concl. 30.*  
*num. 2. Navar. sum. cap. 16. num. 27. Sanch. d. disp. 24. num. 12.* Non  
tamen debet ab eo *bimestre* Judex facile recedere. *Card. Abb. Sanch.*  
*dd. locis.*

Datur hoc tempus ad deliberandum de religionis ingressu; ad 21  
profutendum verò *annus integer*. Qui à Judice coarctari, nisi ex ma-  
gna causa, nequit. 1. Quia non tantum datur in favorem novitii, ut  
monasterii experiat auctoritates, sed & monasterii, ut experiat no-  
vitiu mores; *c. ad Apostolicam. de regular.* 2. Quia, si jure licet sponso  
ingredi religionem, debet cum juris privilegio experiendi integro an-  
no, licere; 3. Quia non licet absque textu expresso ab antiquo jure  
recedere. Ergò cum eo jure concederetur annus probationis; *d. c. ad*  
*Apostolicam. & can. Gonsalvus. 17. qu. 2. nec d. c. ex publico*, contrarium  
definiat expressè; sed tantum dicat debere intra trimestre transire ad  
religionem, quod de transitu per professionem, vel per habitus noviti-  
orum assumptionem, potest intelligi; non debet intelligi de professio-  
ne ut illi sum servetur jus antiquum. *Hostiens. in sum. h. tit. num. 11. &*  
*ind. c. ex publico. verb. intra duorum. & ibi Anton. num. 12. Armilla verb.*  
*Divortium. num. 5. Ledesma de matrim. dub. 64. Sanch. d. loco num. 4.*

TITULUS IIX.

De Transeuntibus ab una Religione  
in aliam.

SUMMARIA.

- 1. Continuatio. *se adstrictus.*
- 2. Religionem ingredi vo- *3. Laxatur dicta regula*  
*lens nulli regula debet ef-* *aliquando.*

ryinus  
Personis  
et Ecclesiarum

IV

32